



21092
1415




INDEX
LIBRORVM PROHI-
BITORVM CVM REGVLIS
confectis per Patres à Tridenti-
na Synodo delectos, autorita-
te Sanctiss. D. N. P. IIII, Pont.
Max. comprobatus.

*Impressus Olyssipone de mandato Se-
renissimi Cardinalis Henrici, Infantis
Portugallie, Archiepiscopi Vlix-
bonensis, Legati à latere: Apud
Franciscum Corream eiusdē
Principis ac Domini
Typographum.*

Cum Priuilegio Regio.



Anno 1564.
mense Octobre.





VELREY faço saber aos
que este aluara virem, q̃ eu ey por bẽ
& me praz, por fazer merce a Franci
sco Correa Impressor, morador ne
sta Cidade, que pessoa algũa de qual
quer qualidade que seja, nam possa
imprimir, nem vender em meus Reynos & senhorios,
o liuro do sançto Concilio Tridentino, assi em latim,
como os Decretos trasladados em linguagem vulgar: &
assi o Catalogo dos liuros defesos: nem menos os possa
trazer doutras partes pera os vender, saluo o dito Fran
cisco Correa: porq̃ elle somẽte, ou cõ sua licença se po
derã as ditas obras imprimir & vender nos ditos meus
Reynos & senhorios, & doutra maneira nã: & isto por
tempo de dez annos que começaram da feytura deste al
uara em diante: sob pena de quem o cõtrairo fizer, per
der todos os volumes que imprimir ou vender, & pa
gar vinte cruzados cada vez que nisso for cõprendido,
ametade pera os catiuos, & a outra metade pera quem
o acusar. E mando a todas minhas justiças, a que o co
nhecimento deste pertencer, que cumpram & guardẽ,
& façam inteiramente cõprir & guardar este aluara co
mo nelle se contem: o qual valera como se fosse carta
feyta em meu nome, & asselada de meu sello pendente,
sem embargo da Ordenaçam do segundo Liuro, titulo
xx. que diz, que as cousas cujo effecto ouuer de durar
mais de hum anno, passem por cartas: & passando per al
uaras nam valham, & assi se cumprira, posto que nam
passe pella chãcellaria, sem embargo da Ordenaçam do
dito liuro em contrairo. Baltasar Ribeiro o fez e Lis
boa a xx. de Junho de M. D. LXIIII. Eu Berthola
meu froes o fiz escreuer.

Henricus



HENRICVS miseratione di-
 uina S.R.E. tit. sanctorū IIII.
 Coronatorum Presbyter Cardi-
 nalis, Infans Portugalliæ, San-
 ctæ Sedis Apostolicæ à latere Le-
 gatus, Archiepiscopus Olyfipp. totius Lusita-
 nice ditionis Inquisitor generalis, &c. Vniuer-
 sis & singulis personis ecclesiasticis & seculari-
 bus cuiuscunq; status, gradus, & conditionis ex-
 istant, significamus, nuper à Sacrosancta œcu-
 menica Tridentina Synodo vniuersalem librorū
 indicem produisse: in quo prohibentur libri here-
 tici, suspecti, sanæ doctrinæ ac bonis moribus cō-
 trarij, & qui scandalo legentibus esse poterunt,
 receptum quidem ac probatum per sanctissimū
 D.N. P. IIII. Pontificē Max. Hunc igitur
 vt ad omnium notitiam peruenire posset, sedulo
 excudi fecimus: cui ob signato per examinando-
 rum librorum Præfectum fidē haberi volumus:
 Mandantes sub excommunicatione Lata sen-
 tentiæ, ne de cætero Tipographorum aliquis ex
 libris sub prædicto Indice & Catalogo cōtēntis
 aliquem excudat: neve quisquam alicubi loco-

rum excusos in hæc regna deportari faciat: alio-
quin preterquam quod in predictam censuram
incurreret, etiã contra se, tanquã suspectum de fide
nouerit esse procedendum. Sub qua eadem pœna
mandamus omnibus personis cuiuscunq; status
sint, vt simul ac apud quoscunq; predictos libros
esse cognouerint, statim suis Inquisitoribus indi-
cent & a periant. Quod si in aliena diœcesi fue-
rint, illius diœcesis Inquisitoribus vel Ordinarijs
incũctãter denunciare curent. Quas censuras no-
bis, vel heretica prauitatis Inquisitoribus refer-
uatas esse decreuimus: reuocantes quoscunq; alios

librorum prohibitorum Indices, qui an-
te hac prodiere, vt huic duntaxat
deinceps integra & indubita
ta fides habeatur. Datum

Olyfipp. Idibus Octob.

M. D. LXIIII.

¶

PIVS

PIVS, PAPA, IIII.

AD PERPETVAM REIMEMORIAM.

DOMINICI gregis custodia, Domino disponente, præpositi, vigilis more pastoris, non desistimus ipsi gregi ab imminentibus periculis quanta maxima possumus cura & diligentia præcauere: ne propter negligentiam nostrâ pereant oues: quæ prætiosissimo Domini nostri Iesu Chrtisti sanguine sunt redemptæ. Etsi autem quæ ad fidei veritatem patefaciendam, & ad horum temporum hæreses confutandas pertinebât, in œcumenico, & generali Concilio Tridentino, sancti Spiritus assistente gratia, nuper ad eò enucleata, ac definita fuerunt: vt facile iam sit vnicuique sanam Catholicamq; doctrinam à falsa adulterinaq; internoscere: tamen cum librorum ab hæreticis editorum lectio nō modò simpliciores homines corrumpere soleat, verū

A 3 saepe

sæpe etiam doctos eruditosq; in varios errores, & à veritate fidei Catholicæ alienas opiniones inducere: huic quoque rei esse duximus prouidendū. Cū autē aptissimū ei malo remediū esse sciremus, si cōponeretur atq; ederetur Index, siue Catalogus librorū, qui vel hæretici sint, vel de hæretica prauitate suspecti, vel certe moribus, & pietati noceant: id negotium ad sacrā Tridentinam Synodū reieceramus. Ea verò ex tanta Episcoporum, & aliorum doctissimorū virorum copia delegit ad eum conficiendū Indicē multos cū doctrina, tū iudicio insignes Prælatos ex omnibus ferè nationibus. Qui quidem non sine maximo labore, plurimisq; vigilijs, eum Indicē tandē, Deo iuuante, perfecerunt, adhibitis etiā in consilium lectissimis quibusdā theologis. Peracto autem Concilio, cum ex ipsius Synodi decreto is Index nobis oblatuisset: vt ne antē ederetur, quàm à nobis approbatus fuisset: Nos doctissimis

mis quibusdā, probatissimisq; Prælati-
 eum accuratissime legendū, examinā-
 dumq; tradidimus: & ipsi etiā legimus.
 Cū igitur eum magno studio, acri iudi-
 cio, diuturna cura confectū, & præterea
 commodissime digestum esse cognoue-
 rimus: Nos saluti animarum consulere,
 eamq; ob causam providere cupientes,
 ne libri, & scripta cuiuscunque generis,
 quæ in eo improbantur, siue vt hæreti-
 ca, siue vt de hæretica prauitate sus-
 pecta, siue vt pietati, ac morum honestati
 inutilia, aut aliqua correctione saltem
 indigentia, posthac à Christi fidelibus le-
 gantur: ipsum Indicem, vnà cū regulis
 ei præpositis, autoritate Apostolica, te-
 nore præsentium approbamus, impri-
 miq; ac diuulgari, & ab omnibus Uni-
 uersitatibus Catholicis, ac quibuscūque
 alijs vbique suscipi, easq; regulas obser-
 uari mandamus, atque decernimus: in-
 hibētes omnibus, & singulis, tam Eccle-
 siasticis personis sæcularibus, & Regula-
 ribus,

ribus, cuiuscunque gradus, ordinis, & dignitatis sint: quã laicis, quocunque honore, ac dignitate præditis: ne quis contra earũ regularũ præscriptũ, aut ipsius prohibitionem Indicis libros ullos legere, habereve audeat. Si quis autẽ aduersus eas regulas, prohibitionẽq; fecerit: is quidẽ, qui hæreticorũ libros, vel cuiusvis autoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspiciõnẽ dãnata, atq; prohibita legerit, habueritve: ipso iure in excõmunicationis pœnam incidat: eamq; ob causam in eũ tãquam de hæresi suspectũ inquiri, & procedi liceat: præter alias pœnas, super hoc ab Apostolica Sede, sacrisq; Canonibus cõstitutas. Qui autẽ libros alia de causa prohibitos legerit, habueritve: præter peccati mortalis reatũ, Episcoporum arbitrio seuerè se nouerit puniendum: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque: aut si quibus cõmuniter, vel diuissim ab eadem sit Sede indultum,

indultum, ne excōmunicari possint, per
 literas Apostolicas non facientes plenā
 & expressam, ac de verbo ad verbum de
 indulto huiusmodi mentionem. Vt hæc
 autem ad omnium notitiam perueniāt:
 neve quis excufatione ignorationis uti
 possit: volumus, & mandamus, vt hæc
 literæ per aliquos Curix nostræ Curso-
 res in Basilica Vaticana Principis Apосто-
 lorum, & in Ecclesia Lateranensi tunc,
 cum in eis populus, vt Missarum solen-
 nibus interfit, congregari solet, palam, &
 clara voce recitentur: &, postquam reci-
 tata fuerint, ad valuas earum ecclesiarū,
 itemq; Cancellariæ Apostolicæ, & in lo-
 co solito Campi Floræ affigantur: ibiq;
 vt legi, & omnibus innotescere possint,
 aliquantisper relinquātur. Cum autem
 inde amouebuntur: earum exempla in
 iisdem locis affixa remaneāt. Nos enim,
 per recitationem hanc, publicationem,
 & affixionem, omnes, & singulos, qui
 his literis comprehenduntur, post tres
 B menses,

mensēs, à die publicationis, & affixionis earum numerandos, volumus perinde astrictos & obligatos esse, ac si ipsismet illæ edicæ, lectæq; fuissent. Transumptis quoque earum, quæ manu alicuius publici Notarij scripta, subscriptæve, & sigillo, ac subscriptione alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munita fuerint: fidem sine vlla dubitatione haberi mandamus, atque decernimus. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxiiij. Martij, M. D. Lxiii. Pontificatus nostri anno Quinto.

Ant. Florebellus, Lauellinus.

P R Æ F A T I O.

*In Indicem librorum prohibitorum, confectum
 à Deputatione Tridentinae Synodi, Reueren-
 di Patris Fratris Francisci Forerij, Or-
 dinis Fratrum Prædicatorum S.
 Theologiæ professoris, & eius-
 dem Deputationis
 Secretarij.*

C V M S A N C T A œcumenica Tri-
 dentina Synodus ijs rationibus
 adducta, quæ in secundæ Sessio-
 nis decreto sub Beatissimo Pio I I I I, Põ-
 ti. Max. explicatæ sunt, censuisset, vt Pa-
 tres aliquot ex omnibus ferè nationibus
 delecti, de librorũ censuris quid statuen-
 dũ esset, diligẽter cogitarent: in eam tan-
 de sententiã post diurnam deliberatio-
 nem venerũt, vt iudicarint, nihil vtilius
 fieri posse, quàm si Romanus ille prohi-
 bitorum librorum Index, ab Inquisito-
 ribus Romæ postremò confectus, pau-
 cis tantum demptis, atque etiam additis,

PRÆFATIO.

retineretur: quippe qui cum magna ma-
 turitate à multis viris doctis cōpositus:
 plurimos cōprehendat autores, atque in
 ordinem satis cōmodum digestus esse vi-
 deatur. Quoniam vero intelligebāt, pro-
 pterea in aliquibus prouincijs ac locis
 hæctenus eū Indicem receptū non esse,
 quòd in eo quidā libri prohibētur, quo-
 rum lectione viri docti priuati, magno
 incōmodo afficerentur: atque animad-
 uertētes etiā in eo esse nōnulla parum
 explicatè posita, quæ interpretatione in-
 digerent: re multū diuq; deliberationi-
 bus agitata, ac viris etiā ex omni natio-
 ne Theologicæ facultatis scientissimis
 in consiliū adhibitis, subiectas Regulas
 cōponendas iudicarunt: vt, quoad eius
 fieri posset, doctorū hominū commodis
 & studijs, salua veritate, ac religione, pro-
 spiceretur. Illud igitur in primis obser-
 uare oportet, vnamquāque penè alpha-
 beti literam tres habere Classes. In prima
 non tā libri, quàm librorū scriptores cō-
 tinentur;

inentur, qui aut hæretici, aut nota hæresis suspecti fuerunt. Horū enim catalogū fieri oportuit: vt omnes intelligant, eorū scripta, non edita solum, sed edēda etiā prohibita esse. Sed illud etiam animaduertendū est: quòd licet multi præterea sint, qui iustissimis de causis in hāc Classē referri poterant: Patribus tamen nō is fuit animus, aut ad eorum pertinebat institutum, vt eos ad vnum perquirerēt: sed iis penè cōtēti fuere, qui in Romano catalogo descripti sunt de alijs verò eiusdē generis autoribus idē ab Ordinarijs & Inquisitoribus statuēdū esse existimauerunt. In secundā Classē non autores, sed libri sunt relati, qui propter doctrinam, quā continent, non sanam, aut suspectā, aut quæ offensionē etiā in moribus tantū fidelibus afferre potest, reijciuntur: etiā si autores à quibus prodire, ab Ecclesia nūquam desciuerunt. Tertia verò & vltima Classis eos libros cōplectitur, qui sine scriptoris nomine exierūt in vul-

PRÆFATIO.

gus, & eam doctrinam continent, quam
 Romana Ecclesia, tanquam Catholica
 fidei, aut morū integritati contrariam, re-
 futādā, ac repellendā esse decernit. Nō
 enim omnes libros, qui nomē autoris nō
 præferunt, dānandos putarunt (quando
 quidem sæpe viros doctos ac sanctos no-
 uimus, vt Christiana quidē Resp. ex eo-
 rum vigilijs fructū caperet, ipsi verò ina-
 nem gloriam euitarent, libros optimos
 sine nomine edidisse) sed eos tantum, qui
 aut liquidò prauā, aut dubiam fidei do-
 ctrinam, siue moribus perniciosam cōti-
 nent. At verò qui sint huiusmodi, aut ta-
 les censeri debeant, præter eos, qui in hoc
 catalogo descripti sunt, Episcopi, & In-
 quisitores vnā cum Theologorū Catho-
 licorū cōsilio diiudicabūt. Sed ppter no-
 strorū temporū malitiā, ne in posterū li-
 bri sine nomine autoris edātur, decreto
 quartæ Sessiois Tridētini Concilij sub
 sel. rec. Paulo 111, quod incipit, Sed &
 Impressoribus, &c. Prouisum est.

Regula

REGVLÆ PRIMÆ.

LIBRI omnes, quos ante annū
M. D. XV. aut summi Pōtiffices,
aut Concilia œcumenica dāna-
runt, & in hoc Indice non sunt, eodem
modo dānati esse censeantur, sicut olim
damnati fuerunt.

REGVLÆ SECVNDÆ.

HÆRESIARCHARUM libri, tam eorū,
qui post prædictū annum hære-
ses inuenerūt, vel suscitārūt, quā
qui hæreticorum capita, aut duces sunt;
vel fuerunt, quales sunt Lutherus, Zwin-
glius, Calvinus, Balthasar Pacimōtanus,
Suuenchfeldius, & his similes, cuiusque
nominis, tituli, aut argumenti existant,
omnino prohibentur. Aliorum au-
tem hæreticorum libri, qui de religio-
ne quidem ex professo tractant, omni-
no damnantur. Qui verò de religione
non tractant, à Theologis Catholicis
iussu

REGVLÆ INDICIS.

iussu Episcoporum, & Inquisitorum examinati, & approbati permittuntur. Libri etiã Catholice conscripti, tam ab illis, qui postea in hæresim lapsi sunt, quã ab illis, qui post lapsum ad Ecclesiæ gremiũ rediere, approbati à facultate Theologica alicuius Vniuersitatis Catholice, vel ab Inquisitione generali, permitti poterunt.

REGVLA TERTIA.

VERSIONES scriptorum etiã Ecclesiasticorum, quæ hætenus editæ sunt à dånatis autoribus, modo nihil contra sanam doctrinam contineant, permittuntur. Librorum autem veteris Testamenti versiones viris tantũ doctis & pijs iudicio Episcopi cõcedi poterunt: modo huiusmodi versionibus tanquam elucidationibus vulgare editionis ad intelligendã sacram Scripturã, non autẽ tanquam sacro textu vtantur. Versiones vero noui Testamenti, ab autoribus primæ Classis huius Indicis factæ.

ctæ, nemini concedantur: quia vtilitatis parū, periculi verò plurimū lectoribus ex earū lectione manare solet. Si quæ verò annotationes cū huiusmodi, quæ permittuntur, versionibus, vel cū vulgata editione circūferuntur, expunctis locis suspectis à facultate Theologica alicuius vniuersitatis Catholicæ, aut Inquisitione generali, permitti eisdem poterūt, quibus & versiones. Quibus condicionibus totū volumen Bibliorū, quod vulgò Biblia Vatabli dicitur, aut partes eius cōcedi viris pijs & doctis poterūt. Ex Biblijs verò Isidori Clarij Brixiani prologus & prolegomena præcidantur: eius verò textum nemo textū vulgatæ editionis esse existimet.

REGVLA QVARTA.

VM experimento manifestū sit,
C si sacra Biblia vulgari lingua passim sine discrimine permittantur, plus inde ob hominū temeritatē detrimēti,

REGVLÆ INDICIS.

trimenti, quàm vtilitatis oriri: hac in parte iudicio Episcopi, aut Inquisitoris stetur: vt cum consilio Parochi vel Confessarij, Bibliorū à Catholicis autoribus verborum lectionē in vulgari lingua eis concedere possint, quos intellexerint ex huiusmodi lectione non damnū, sed fidei, atque pietatis augmentū capere posse: quam facultatem in scriptis habeāt. Qui autē absque tali facultate ea legere, seu habere præsumpserit: nisi prius Biblijs Ordinario redditis, peccatorū absolutio nem percipere nō possit. Bibliopolæ verò, qui prædictam facultatē non habēti Biblia idiomate vulgari conscripta vendiderint, vel alio quouis modo concesserint, librorū pretiū, in vsus pios ab Episcopo cōuertendum, amittāt: alijsq; pœnis pro delicti qualitate eiusdem Episcopi arbitrio subiaceāt. Regulares verò nō nisi facultate à Prælatiis suis habita, ea legere, aut emere possint.

REGVLA QVINTA.

Libri

LIBRI illi, qui hæreticorum autorũ opera interdum prodeunt, in quibus nulla, aut pauca de suo apponunt, sed aliorum dicta colligunt, cuiusmodi sunt Lexica, Concordantia, Apophthegmata, Similitudines, Indices, & huiusmodi, si qua habeant admixta, quæ expurgatione indigeant, illis Episcopi & Inquisitoris vnã cũ Theologorum Catholicorum cõsilio sublatis, aut emendatis, permittantur.

REGVLA SEXTA.

LIBRI vulgari idiomate de controuersijs inter Catholicos & hæreticos nostri tẽporis differentes, non passim permittantur: sed idẽ de ijs seruetur, quod de Biblijs vulgari lingua scriptis statutum est. Qui verò de ratione bene viuendi, contemplandi, confitendi, ac similibus argumentis vulgari sermone conscripti sunt, si sanam doctrinam contineant, non est cur prohibeantur: sicut nec sermones populares vulgari

REGVLÆ INDICIS

lingua habiti. Quòd si hacten^o in aliquo regno, vel prouincia aliqui libri sunt prohibiti, quòd nò nulla còtinerent, quæ sine delectu ab omnibus legi nò expediat: si eorū autores Catholici sunt, postquam emendati fuerint, permitti ab Episcopo, & Inquisitore poterunt.

REGVLA SEPTIMA.

LIBRI, qui res lasciuas, seu obscenas ex professo tractant, narrant, aut docent, cum nò solum fidei, sed & morum, qui huiusmodi librorum lectione facile corrumpi solent, ratio habenda sit, omnino prohibètur: & qui eos habuerint, seuerè ab Episcopis puniantur. Antiqui vero ab Ethnicis còscripti, propter sermonis elegantiam & proprietatem permittuntur: nulla tamen ratione pueris prælegendi erunt.

REGVLA OCTAVA.

LIBRI, quorum principale argumentū bonum est, in quibus ta
men

men obiter aliqua inserta sunt, quæ ad hæresim, seu impietate, diuinatione, seu superstitione spectant, à Catholicis Theologis, Inquisitionis generalis autoritate expurgati, concedi possunt. Idem iudiciu sit de prologis, summanijs, seu annotationibus, quæ à damnatis autoribus libris non damnatis appositæ sunt: sed posthac non nisi emendati excudantur.

REGVLA NONA.

LIBRI omnes, & scripta Geomantia, Hydromantia, Aeromantia, Pyromantia, Onomantia, Chyromantia, Necromantia, siue in quibus continentur Sortilegia, Veneficia, Auguria, Auspicia, Incantiones artis Magicæ, prorsus reiiciuntur. Episcopi verò diligenter provideant, ne Astrologiæ iudiciariæ libri, tractatus, indices legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus successibus, fortuitisve casibus, aut ijs actionibus, quæ ab humana voluntate pen-

REGVLÆ INDICIS

dent, certò aliquid euenturum affirmare
 audent. Permittuntur autem iudicia, &
 naturales obseruationes, quæ nauigatio-
 nis, agriculturæ, siue medicæ artis iuuan-
 dæ gratia conscripta sunt.

REGVLA DECIMA.

IN librorũ, aliarũve scripturarũ
 impressione seruetur, quod in Cõ-
 cilio Lateranensi, sub Leone Decimo,
 Sessione decima statutum est. Quare, si
 in alma vrbe Roma liber aliquis sit im-
 primendus, per Vicarium summi Ponti-
 ficis, & sacri Palatij Magistrũ, vel per per-
 sonas à Sanctissimo Domino nostro de-
 putandas prius examinetur. In alijs ve-
 rò locis ad Episcopũ, vel aliũ habentem
 scientiam libri vel scripturæ imprimen-
 dæ ab eodem Episcopo deputadum, ac
 Inquisitorem hæreticæ prauitatis eius ci-
 uitatis, vel diœcesis, in qua impressio fiet,
 eius approbatio & examen pertineat: &
 per eorũ manum propria subscriptione
 gratis & sine dilatione imponendam, sub
 pœnis

pœnis & censuris in eodem Decreto cõ-
tentis approbetur: hac lege & cõditiõne
addita, vt exemplum libri imprimẽdi au-
theticũ, & manu autoris subscriptũ a-
pud examinatore remaneat. Eos verò,
qui libellos manu scriptos vulgant, nisi
ante examinati probatiq; fuerint, eisdẽ
pœnis subiici debere, iudicarunt Patres
deputati, quibus impressores: & qui eos
habuerint, & legerint, nisi autores pro-
diderint, pro autoribus habeantur. Ipsa
verò huiusmodi librorum probatio in
scriptis detur, & in frõte libri vel scripti
vel impressi authenticè appareat: proba-
tioq;, & examen, ac cætera gratis fiant.
Præterea in singulis ciuitatibus ac diocœ-
sibus, domus, vel loci, vbi ars impressoria
exercetur, & bibliothecæ librorum ve-
nalium sæpius visitentur à personis ad
id deputandis ab Episcopo, siue eius Vi-
cario, atque etiã ab Inquisitore hæreticæ
prauitatis: vt nihil eorum, quæ prohibe-
tur, aut imprimatur, aut vendatur, aut
habeatur

REGVLÆ INDICIS

habeatur. Omnes verò librarij, & quicū
 que librorum venditores habeāt in suis
 bibliothecis indicem librorū venalium,
 quos habent, cum subscriptione dictarū
 personarū: nec alios libros habeant, aut
 vendant, aut quacūque ratione tradant
 sine licentia eorundem deputandorum,
 sub pœna amissionis librorū, & alijs ar-
 bitrio Episcoporum, vel Inquisitorum
 imponēdis. Emptores verò, lectores, vel
 impressores eorundē arbitrio puniantur
 Quòd si aliqui libros quoscunque in ali-
 quam ciuitatem introducant: teneantur
 eisdem personis deputandis renunciare:
 vel, si locus publicus mercibus eiusmodi
 constitutus sit: ministri publici eius loci
 prædictis personis significant, libros esse
 adductos. Nemo verò audeat librū, quē
 ipse vel alius in ciuitatem introduxit, ali-
 cui legendum tradere, vel aliqua ratione
 alienare, aut commodare, nisi ostensopri-
 us libro, & habita licentia à personis de-
 putandis: aut nisi notorie cōstet, librum
 iam esse

iam esse omnibus permissum. Idē quoque seruetur ab hæredibus & executoribus vltimarum voluntatū, vt libros à de functo relictos, siue eorum indicem illis personis deputandis afferant, & ab eis licentiam obtineant, priusquam eis vtantur, aut in alias personas quacunque ratione eos transferant. In his autem omnibus & singulis pœna statuatur vel amissionis librorū, vel alia, arbitrio eorundē Episcoporum, vel Inquisitorū, pro qualitate contumaciæ, vel delicti.

Circa verò libros, quos Patres deputati aut examinarunt, aut expurgarūt, aut expurgandos tradiderunt, aut certis conditionibus, vt rursus excederentur, concesserunt: quicquid illos statuisse constiterit, tam bibliopola, quam cæteri obseruent. Liberū tamen sit Episcopis, aut Inquisitoribus generalibus secundū facultatē, quā habet, eos etiam libros, qui his Regulis permitti videntur, prohibere, si hoc in suis regnis, aut prouincijs, vel dice-

REGVLÆ INDICIS

cesibus expedire iudicauerint. Cæterum nomina cum librorum, qui à Patribus deputatis purgati sunt, tum eorum, quibus illi hanc prouinciam dederunt, eorundem Deputatorum Secretarius notario sacre vniuersalis Inquisitionis Romanæ descripta Sanctissimi Domini nostri iussu tradidit.

Ad extremum verò omnibus fidelibus præcipitur, ne quis audeat contra harum Regularum præscriptum, aut huius Indicis prohibitionem libros aliquos legere, aut habere. Quòd si quis libros hæreticorum, vel cuiusuis autoris scripta, ob hæresim, vel ob falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita, legerit, siue habuerit: statim in excommunicationis sententiam incurrat. Qui verò libros alio nomine interdictos legerit, aut habuerit: præter peccati mortalis reatum, quo afficitur, iudicio Episcoporum seuerè puniatur.

Autores

AVTORES PRIMÆ

CLASSIS.

A



*Bidenus Corallus, aliàs Huldri-
cus Hutenus.*

Achilles Pirminius Gassarius.

Adolphus Clarembach.

Albertus Brandeburgensis.

Albertus Draco.

Alexander Alexius Scotus.

Alexius Brenicerus.

Alphonsus Aemilius Chemnicensis.

Ambrosius Interbocensis.

Ambrosius Moibanus Vratislaviensis.

Andreas Altameri.

Andreas Bondestien Carolostadius.

Andreas Cratander.

Andreas Dietherus.

Andreas Fabricius Chemnicensis.

Andreas Fritius Modreuius.

Andreas Hyperius.

Andreas Knopen.

Andreas Musculus.

D 2 Andreas

Andreas Osiander.

Andreas Poach.

Angelus Odonus.

Antonius Angelus, autor libri de origine Missæ.

Antonius Bruciolus.

Antonius Coruinus.

Antonius Olho.

Antonius Alius.

Aretius Filinus, qui & Martinus Bucerus.

Arnoldus Montany.

Arsatius Schoffer.

Arturus Britannus.

Augustinus Maynardus Pedemontanus.

Certorum autorū libri prohibiti.

In actis Aeneæ Silij prohibentur ea, quæ ipse in
Bulla retractationis damnauit.

Alcuini, seu potius Caluini commentarij in libros
de Trinitate.

Antony Francisci Doni literæ.

Antony de Roselis Aretini tractatus de potesta-
te Imperatoris & Papæ, & de Concilijs, quo
usque expurgatus fuerit.

Augustini.

*Augustini de Roma, Nazareni Archiepiscopi,
tractatus de Sacramēto diuinitatis Iesu Chri
sti & Ecclesia: Item tractatus de Christo ca
pite, & eius in clyto principatu: Item tracta
tus de charitate Christi circa electos, et de eius
infinito amore: quousque expurgatus fuerit.*

Libri prohibiti, ab incerti nominis
autoribus compositi.

Aēta Hurembergæ, videlicet Osiandrismus.

Aēta Synodi Bernensis.

Aēliones duæ Secretary Pontificij.

Admonitio Ministrorum verbi Argentinensiu.

*Aequitatis discussio super consilio delectorum
Cardinalium, &c.*

Alchimia Purgatory.

Alchoranus Franciscanorum.

*Alchoranus Mahometis, Basileæ impressus, &
similes cum scholijs, & impijs ānotationibus
& præfationibus: item in vulgari lingua nō
nisi ex cōcessione Inquisitorū haberi possit.*

Alphabetum Christianum.

Amica, & humilis, & deuota admonitio.

- Anatomia excussa Marcpurgij per Eucharium
Cervicornum*
- Anatomia della Messa.*
- Annotationes in acta Concilij Tridentini.*
- Annotationes in Chronica Abbatis Vrspergēsis.*
- Anonomi cuiusdam liber de repugnantia doctrinae Christianae.*
- Apologia confessionis Augustanae.*
- Apologia de doctrina Valdensium.*
- Apologia contra Henrricum Ducem.*
- Apologia Graecorum de igne Purgatorij, &c.*
- Argyrophylacis, seu Thesaurarij epistola.*
- Articuli Anabaptistarum Moraviae.*
- Articuli Anabaptistarum Saxonie.*
- Articuli à facultate Theologica Parisiensi determinati, super materijs fidei nostrae hodie controuersis, cum antidoto, autore, vt creditur, Caluino.*
- Articuli nouorum Vuormatie euangelistarum.*
- Articuli XLVII plebis Francfordiensis.*
- Augustanae confessionis ecclesiarum cause, quare & amplexae sint, et retinendam ducant suam doctrinam.*

AVTORES PRIMÆ

CLASSIS.

B



Althesar Hiebmaier.

Balthesar Pacimontanus.

Baptista Lasdesmius.

Bartholomæus Conformi.

Bartholomæus Bernardi.

Bartholomæus Rosinus.

Bartholomæus Ouesthemerus.

Basilius Gromigensis, aliàs Vuesselus.

Basilius Ioannes Herolel Acropolitæ.

Benedictus Scurmegistus.

Bertoldus Hallerus.

Bernardinus Ocinus Senensis.

Bernardus Rotmanus.

Benedictus Morgenstern.

Bernardus Zieglerus.

Berengarius Diaconus Andegauensis.

Bilibaldus Pircaimerus.

Bilicanus Theobaldus.

Blaurerus Ambrosius.

Bucerus

Bucerus Martinus.

Burgenbadius Pomeranus, seu Ioannes Burgenbadius Pomeranus.

Bulingerus Henricus.

Certorū autorum libri prohibiti.

Baptistæ Cremenfis omnia opera, quamdiu non prodierint emendata.

Bartholomæi Lanoes lib. de aduētū antichristi.

Benonis libri de vita Hildebrandi.

Beati Rhenani scholia in Tertullianum.

Bertrami liber, qui inscribitur De corpore & sanguine Christi.

Boccacij Decades, seu nouella centum, quamdiu expurgata ab ijs, quibus rem Patres commiserunt, non prodierint.

Brunonis Heidely Quersfurdensis poematum libri septem.

Autorum incerti nominis libri prohibiti.

Belial, siue de consolatione peccatorum.

Beneficium Christi.

Bernensis

Bernensis Disputatio.

Bernensis Reformatio contra Missam.

*Breuis & compendiosa instructio de religione
Christiana.*

*Breuis tractatus ad omnes in Christianam liber
tatem maleuolos.*

Breuis Pastorum Isagoge.

A V T O R E S P R I M Æ

C L A S S I S.

C



Ælius Horatius Curio.

Cælius Secundus Curio

Calvinus.

Capito Vuolphangus, Fabricius.

Carolo stadium.

Carolus Molinæus.

Caspar Cruciger.

Caspar Peucerus Budissinus.

Casparus Tauberus.

Cassander Burgensis.

Chariæus Cogelius.

Christianus Beyer.

E Christia

INDEX.

- Christianus Lotichius Hestus.*
Christophorus Clarius.
Christophorus Cornerus ex Fagis.
Christophorus Froscouerus.
Christophorus Hegendorphinus.
Christophorus Hoffman.
Christophorus Melhoferus.
Christophorus Thrasibulus.
Christophorus Reiter.
Claudius Taurinensis, qui scripsit de imaginibus
Claudius Senarcleus.
Clemens Marob.
Conradus Clauserus.
Conradus Cordatus.
Conradus Dasypodius.
Conradus Perca.
Conradus Gesnerus.
Conradus Gibelus Tigurinus.
Conradus Lagus.
Conradus Lycosthenes.
Conradus Pellicanus.
Conradus Screck.
Conradus Somius.

Conradus

Conradus Treuve de Fridesleuen.

Cornelius Agrippa.

Crato Milius.

Cyprianus Leouitius.

Certorū autorū libri prohibiti.

Capricci del Bottai di Giambattista Gelli, quā
diu emendatus non prodierit.

Chumanni Elinspachij de tabernis montanis
chronologia ex sacris literis.

Gyri Theodori Podromi Epigrammata.

Autorum incerti nominis libri
prohibiti.

Capita fidei Christianae contra Papam, & por-
tas inferorum.

Capo finto.

Carontis & Mercurij Dialogi.

Catalogus Papae & Mosis.

Catalogus testiū veritatis ex sanctis Patribus.

Catechismus Ecclesiae Argentoratensis.

Catechismus Tubicensis.

Catechismus pro ecclesia Vuirtembergens.

Catechismus, cui titulus, *Qual maniera.*

Catechismus, cui titulus est, *Catechismus maior & minor.*

Catechismo, cioe formulario per instituire & ammaestrare i fanciulli nella religione Christiana, fato a modo di Dialogo.

Catechismus paruus pro pueris in scholis nuper auctus.

Catechismus super euangelium Marci.

Catechismus, siue Symboli expositio.

Catechismus siue explicatio Symboli Apostolici.

Catechesis puerorum in fide, literis, & moribus.

Causa, quare Synodum indictam à Rom. Ponti.

Paulo I I I. recusarint Principes, status, & ciuitates Imperij profitentes puram & catholicam doctrinam.

Centum & quatuordecim sententiæ Patrum de officio verorum Rectorum Ecclesiæ.

Centum grauamina, &c.

Christiana institutio.

Christianæ scholæ Epigrammatum libri duo ex varijs pœtis excerpti.

Christianæ iuuentutis crepundia.

Christian a

- Christiana responsio ministrorum Euangelij Ba
sileæ, cur missam, &c.
- Ciuitatis Magdeburgensis publicatio literarum
ad omnes Christi fideles anno M. D. L.
- Clauicula Salomonis.
- Collatio diuinorum & Papalium Canonum.
- Collectanea demonstrationum ex Prophetis, A-
postolis, & Doctoribus Ecclesie, quod Spiri-
tus sanctus à solo Patre procedit.
- Colloquium Cochlei & Lutheri.
- Colloquium Marcpurgense.
- Colloquium Kuormatiæ institutū anno M D XL.
- Commentaria Germ. in Cornelium Tacitum.
- Commentarius de Angelo Melanchtonis.
- Commentarius in priorem Timothei epistolam
à viro summæ pietatis conscriptus.
- Comœdiæ & tragœdiæ aliquot ex veteri Testa-
mento, collectore Ioanne Oporino.
- Comœdiæ super questionem, Quæ est maior cõ-
solatio morientis, &c.
- Conciliabulum Theologicorum aduersus bona-
rum literarum studiosos, &c.
- Concilium Pisanum, quod verius conciliabulum

- dicendum est.
- Conciones de decem Preceptis Dominicis.
- Concordantie principum nationis Germanicae
de astutijs christianorum.
- Confessio fidei Augustanae.
- Confessio fidei Baronū, & Nobilium Bohemica.
- Confessio Saxonica.
- Confessio Ecclesie Tigurinae.
- Confessio Vuirtembergensis.
- Confutatio determinationis doctorum Parisien-
sium contra Martinum Lutherum.
- Confutatio vnius & viginti propositionum de
differentia legis & Euangely.
- Congregatio, siue collectio insignium concordan-
tiarum Biblicae.
- Coptis Christianus.
- Consiglio d'alcuni Vescouū cōgregati in Bologna.
- Contra regulam Minoritarum & vniuersas per
ditionis sectas.
- Contra sanctos Zeylleysten.
- Conuentus Augustensis.
- Copia d' vna lettera scritta alli I I I I. de Gen-
naio M. D. LXXV.
- Cordigera

Cordigeræ nauis conflagratio, Dialogus.
Cymbalum mundi.

AVTORES PRIMÆ

CLASSIS.



David Georgius ex Delphis.

David Peiferus Lypsus, vel
Pfeffinger.

David Schæfer.

Didymus Fauentinus, qui est Melanchton.

Diethelmus Cellarius.

Dionisius Melander.

Dominicus Caramanius.

Dominicus Melgutius.

Certorum autorū libri prohibiti.

Dantis Monarchia.

Davidis Chytræi liber de autoritate & certi-
tudine Christianæ doctrinæ, ac ratione de-
scendi Theologiam.Desiderij Erasmi Roterodami Colloquiorum li-
ber, Moria, Lingua, Christiani matrimony
institutio, De interdicto esu carniū, Eiusdē
Paraphrasis

*Paraphrasis in Matthæum, quæ à Bernardi
no Tomitano in Italicam linguam conuersa
est: cætera vero opera ipsius, in quibus de re-
ligione tractat, tamdiu prohibita sint, quam-
diu à facultate Theologica Parisiensi, vel
Louaniensi expurgata non fuerint.*

*Adagia verò ex editione, quam molitur Paulus
Manutius, permittentur. Interim verò quæ
iam edita sunt, expunctis locis suspectis iu-
dicio alicuius facultatis Theologicæ vniuer-
sitatis Catholicæ, vel Inquisitionis alicuius
generalis, permittantur.*

**Autorum incerti nominis libri
prohibiti.**

Declaratoria del Giubileo.

Decretū Nurebergēse, editū anno M. D. XXIII.

Defensio pro Zoinglio.

*Defensio aduersus axioma Catholicum. i. crimi-
nationem Roberti Episcopi Abrincensis.*

Dialogi di Mercurio & Caronte.

Dialogi aduersus Ioannem Eckium.

Dialogus de doctrina Christiana.

Dialogus

- Dialogus de morte Iulij 11 P P. siue Iulius.
- Dialogus Karstans, & Regellians.
- Dialogus Murnarus Leuiathan.
- Dialogus obscurorum virorum, in quo tres colloquuntur Theologi.
- Dialogus Paradoxos, quo Romani Pontificis orator vnà cum eo, qui est, &c.
- Dialogus oratoris Pontificis Romani, & illius qui est Pontifici à confessionibus.
- Discorsi sopra' i fioretti di S. Francesco.
- Disordine della Chiesa.
- Disputatio Badensis.
- Disputatio Bernensis.
- Disputatio Gronicensis cum duabus epistolis.
- Disputatio inter Clericum & militem super potestate Prælati Ecclesia atque Principibus Terrarū cōmissa, aliàs Somnium Viridarij.
- Disputatio Lypsica inter Martinum & Hieronimum Emserum.
- Diurnale Romanū impressum Lugduni, in ædibus Philiberti Rolleti et Bartholomæi Freni.
- Doctrina vetus & noua.
- Doctrina verissima, sumpta à cap. 1111. Epistola

X

X

X

F stola

INDEX.

